

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Michael Barth

HODOEPO=||RICVM.|| MICHAELIS BARTH || Annaebergensis.||

Leipzig: Vögelin, Ernst, [1563]


http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn781614244

PUBLIC


Druck Freier 8 Zugang



















HODOEPO,

MICHAELIS BARTH
Annabergensis.

LIPSIÆ. IN OFFICINA Voegeliana.







http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn781614244/phys_0006

IVVENI IN PRIMISHONESTO ET

buschs amico singulari suo
S. D.

DEtebas a me quod meministi sub discessum nostru Vernere fuauissime, ut itineris uel excursus ad littus Balthicum nostri, cuius tu magna ex parte comes iucuns dissimus ipse fuisti, consignatio? nem qualemcunco dactylico cars mine a me obiter terendi temporis causa in ipsa profectione, quod fcis, institutam, perfectam tandem atcp descriptam tecum communis carevellem, Et delectarienim meis te non obscure sæpe significasti, & scio te quicquid temporis subtras here potes de domesticis negocijs

A a id



id omne libenter vel in pietatis, vel Iuris præcipue studio, & doctrina liberali, velin poëtarum etiam lectione, atc; no raro, animi causa, in carminis alicuius etiam compos sitione atch elaboratione diligen? ti, collocare. Facturo igitur mihi quod pollicitus eram, ecce aliudin mentem venit. Mutato enim des scriptionis consilio, cum iam præ? lum Typographicum editione orationis cuiusdam meæ occupas/ fem, Visum fuit tam diu illud des tinere, donec hoc etiam odouroginov effet adiunctum. Itag euenit ut nunc typis expressum accipias, quod manu exaratum expectasti. Hoco consilium meum ut tu æqui bonig facias & probes præ? missaepistola explicare, & petere abs



abs te uolui. Quid uero de eo quisco de populi fece sentire pos fit, ad id stomachus meus, cuius te similem habere scio, non ualde commouebitur. Materia est cogs nata urbium & locorum descrips tionibus, quibus quantopere des lecter ante hac etiam editis quibul? dam atcs Annæberga inprimis mea, probaui. Ad tuam uero pa? triam quod spectat, etsi ualdeues risimiles sunt Etymologiæ nomis nis Germanicæ, re præfertim nons nihil adstipulante, tameneo pros pemodum in illam sententiam, a Sole ibi culto appellationem ei esse inditam. Nam & uicina loca clare testantur Planetas pleroso, quos stupida gentilitas Deos fes cit, hisce in terris inprimis inuocas

A 3 tos



tos, & nominatim urbes eisfuil? se consecratas: Lunæ quidem Lus næburgum, Madeburgum uero Veneri, Hamburgum etiam loui ut nonnullis placuit Ammonio, etsi aliter ego infra in carmine me fentire ex historia ostendi, & in hac nostra vicinia Marti, ut plerisop persuasum est Merseburgum: Et vetustas ciuitatum quarundam idipsum uidetur confirmare, quod nonnullæ ex his originem suam quandam habuerint antequam ad Christianam fidem hi populi fue? runt traducti. Sane duratio pas trietuæetsi millenarium annorum numerum nondum attingit, tas men ad eum vergit. Et annotatu legitur in Chronicis Bardouicum ex cuius destructione Lunæburs gum



gum increuit ultra ducentos and nos ante Romam conditam extis tisse. Sed ista egovóxi qui ut Græci los quuntur hoc quidem tempore & loco nihil est necesse. Benevale & saluta uerbis meis & comitu quam humanissime vniuersam domum tuam, Lips. 16. Junij Anno 1563.

M. Barth.

Barde Sich gdith 30. Amis

ando Roma. Ao Madi.

Tempe 3188. De floricate ab

Efaire. Hi vico Leone fur pho Dai.

co Brins Diennfo, Amo

Mundi. \$151. Chrish.

1189. Dri Simonis 7

Juda Aptoro Jam full

Amis. 395. Steht, Anno

nos, 1963.



ITER SAXONI-CVM MICHAELIS

BARTH ANNAEB.

Er erat, & Solis fulgebat lumine Taurus
Lipfiaca egressus socijs comitantibus Vrbe
Museo, assueis studys, librisq; relictis
Saxoniam lustrare paro: curru ergo sedentes
Landsbere Pinguia Sole orto uchimur per prata, per agros,
gn oppidn Luce alta ucteris L ANDSBERGI tecta subimus,
Et subito modico potuq; ciboq; refecti
Ceruicn op Prouchimur, mox binc CERVICN mintramus, ultra

Profauilla Progressi, PROSAM cum sole cadente uenimus,

Côta op.

Mane nouo COTAM percurrimus, inde relicto

Achenii op Mane nouo C o T A M percurrimus, inde relicto
A c H E N o ad dextram cuius fastigia summa
Calba op. Præbebant sesenobis spectanda, propinquæ

ad Salam. Sub medium solem gustamus prandia CALBAB Sala fluuius Quam SALA piscosus labentibus alluit undis.

Phœbus ad occiduas axem cum flecteret undas
Salissa op. Ingredimur duplici celebratam fonte SALISSAM,
His uiss, uiss pariter coctricibus armis,

Albis flu. Ad ripas pater ALBI tuas descendimus, ædes

Frosa op. Combustas ubi Frosa of suas reparauit, execce

Nobile senobis Madeburgum oftentat, & altas Insignes turres ac templa extendit in auras.

Salue Vrbs pace potens, salue clarissima bello Nomine Parthenopen referens, Lacedæmona factis,

Tenus

Madeb.

urbs.

Te nuper tua corda uiri, quondamq; puellæ Seruauere tuæ, cœlo atq; fauentibus astris. Tu Veneris quondam (ut fama est) simulacra colebas, Sed post mutatis animis ingentia multa Templa Deo uero statuisti, arasq; sacrasti, Quæ cum Pontificum fædassent somnia, nuper Cuncta Sigismundus sacro uelatus bonore Marchio disponens meliores uertit in usus. Hospitio excipimur Platæ, quem Lipsia nobis Nobilitate simul propria & uirtute celebrem Coniuxit iuuenem, studys cum illa Vrbe uacaret, Is Cerere & Baccho ueteres adeo implet amicos, Et septem apponit nobis longo ordine pisces. Nuncq; his, nunc illis de rebus multa loquentes In mediam noctem comam producimus ufq. Fine sed imposito sunt tradita membra quieti Bt molli in lecto uinum edormiuimus omne. Mane resurgentes primum sacraria adimus, Et diui Ottonis tumulum lustramus, at inde Sumto ientaclo dicta emigrauimus Vrbe. MOX V V LMERSTADIVM celfa spectabile ab arce Perpetuum currente rota percurrimus, inde Per rara arbusta atq; bumiles transimus ericas, Grato Marchiacis potu memorabile in oris GARLEBIV M ingressi caderet cum Phæbus Olym= Garlebia Postera lux oritur, funes nectuntur ad axem

Progressiq; uia duo millia circiter ampla

Inde diem totum uillarum incurrimus agris Donec nos Solis Vallis capit, bic ad amicas

Georgius a Plata.

VVulmer-Stadin arx co opp.

(po. um opp.

MARCHIACAE præter uectamur culmina CALBAE, Marchiæ.

Soltuedel.

Hafel= op.



Hatelbuschiacæ gentis divertimus ædes, Bt lauto large excipimur potuq; ciboq; Solis dixerunt uallem quod numina gens hæc Solis adorarit, tantam uero impietatem Carolus assertor fidei cognomine Magnus Cæfar eam Chrifto adiungens mutare coegit. Sunt quoq; Sultzquellum aut VVellum qui dicere maline A salsi lympha fontis scatebrag; perenni Quam coxere patres, sed neglexere nepotes. ecius er I E CI v s bic amnis duplicem differminat urbems Dummius DVMMIV saft turrim cursu prætersluit illam Quam Drusus cum alijs multis bis condidit oris. Festa dies oritur toto gens aurea mundo Christiadum prisco ritu quo Pascha celebrat Victorifq; Dei refonat pleno ore triumphos. Tres ergo dedimus facris Soles er amicis Affecti officijs cunctis pastiq; benigne. Exactis ferijs currum conscendimus, er se VVernerus nobis comitem Hatelbuschius ipse sergii op. Adiungit, tenuis uecti bic per culmina B E R G I Vandalicafq; cafas egreffi, nocte fubimus leenu op. VICENI pulcro constructos ordine muros. Inde sequente die cum Sol altissimus esfet unæbur= Ingredimur Lunæ pulcerrima moenia Burgi. um urbs. Culta ibi Luna quibus tribuit memorabile nomen. ELBENAVSQVE amnis spumosis irrigat undis. Hic fora lustramus primum, monstratur er inde Fontis inexhausti salsugo modusq; coquendi. Aurea quinetiam terris celeberrima in illis Materia atq opere insignis, gemmifq coruscans Panditur



шииј.

lbendus

unius.

Panditur ad uisus nostros tabula insita templo. Iuxta autem illustres tumuli spectantur er ora Effigiata Ducum: tandem & se splendida nobis Curia commonstrat, cistifq; expromit eburna Et gravia argento atq; auro pocla, inter er illa Arte laboratos crateres, cernitur inde Pictoruma; Ducum & Regum longifimus ordo. Hanc etiam affiduo eruitur calx plurima ad urbem, Atq; later coquitur multus, tota inde decenter Coctilibus faxis structdest urbs ordine pulcro. Vertitur interea cœlum, nos mane recenti Bgressi portis BARDVICVM uenimus, olim Vrbem conspicuam, sed eam deiecit ab alto Heinricus Leo Saxonica Dux inclytus ora, Oppidum ad buc extat multis spectabile templis. VINSENVM binc uecti nauem confcendimus, atq; Lucham undam nautis notam perlifq; celebrem Ingressi medium uento uectamur in Albim. L'elatiq; uia molli cum Sole cadente Nauigio HAMBURGUM uelog; subiuimus urbem. Juppiter Ammonis cultubanc fecisse celebrem Creditur, ast nomen dedit illi ucrius Hama Luctator terris longe notissimus illis, Quem Starchaterus Dano sub rege duello Vicit, er occisum siccis extendit arenis. Hicmercatorum baud laudabo splendida tecta Non templa er turres, non merces undiq; quas buc Conuebit innumeris ratibus gens quælibet, unum Carmine non prorsus tenuis mea Musa silebit. ALBIDOS EVRYPVs refluis uariabilis undis

Barduia cum op.

Vinsenum.

Hamburs gum urbs

Cernitur



urypus Ibis.

Cernitur bie fenas femper qui augetur in boras Ing; alias totidem decrescit, sicca relinquens Quæ prius implebat loca retroëuntibus undis, Nunc plus nunc minus humores ut Luna gubernat. Et uideas amplam paucissima teefa per urbem Quæ non ille suis gyris uicibusq; salutet.

Alaster Quuius. Prætereo tacitus nautis quoq; peruium ALASTRYM Qui parte ex alia clarissima moenia tangit. Tritico er haud dicam ut permisceat bordea, er inde Zythum dulce coquat, bis acceptissimum in oris. Hanc iusto spacio speculati multa per urbem Atq; sequente etiam sub eadem luce morati, Progredimur curru, quem mox improuide agendo Auriga euertit, tandem er perfregit, ut ipsum OLSLAVM (regi boc Danorum paret) inimus. Hic modico rurfus nauem conducimus ære Versus & illustrem bellog; togaq; potentem Laudatus nomen tribuit cui terminus Vrbem (Multorum siquidem Regum disterminat oras) TRAVENA leni descendimus amne LOBECAM, Sed non ante diem quam clausit uesper olympo

Olslaum ppp.

Trauena Huuius. Lobeca urbs.

Cernere eam licuit, nauem ergo aduertimus ora & Vicina in uilla noctem dormiuimus illam. Phosphorus exoritur, nauem conclamat inire Nauclerus, parent omnes, remisq; profecti Vrbis post paucas munimina cernimus boras. Ingressi uero portas miramur, er ædes Arte laboratas omnes, cultumq; domorum Eximium, merces, amplissima strata uiarum,

Denig-longe alias omnes quas uidimus urbes

Hæc



Hæc superat, de qua præstat me forte tacere Prorsus quam pauca er non sat depromere digna. Hinc curru saturis oculis, & uentre, profecti, Ostia TRAVENAE & portus lustrare marinos Aggredimur, legimusq; leues in littore conchas. Quin rate conducta medium tentauimus æquor Cum placidum staret uentis: sed nulla marinis Tuta satis constansq; uia est in fluctibus, inde Regressis subito ualidus se uentus er imber Opponunt, tantofq; mouent a littore fluctus, Nautæ etiam assueti ut mala non spernenda timerent. Sedualide in remos simul incumbentibus ipsis Atq; iuuante Deo, nubes qui discutit, atq; Ventos imperio regit, or nos nostraq; curat Incolumnes siccam rursus calcamus arenam. Hic etiam speculam turris conscendimus altam In qua nautarum noctu folatia lucent Candelæ, & portus monstrant qua parte subintrent. Inde uiam retro legimus, rursusq; Lobecam Delati quantum libet expectamus in urbe. Tandem diversa paulumregione profecti MOLLENVMuebimur primo, cor reperimus ibidem Vafri hominis tumulum , saxum cui noctua signat Cum speculo, illius er referunt insignia nomen. Inde LEOBYRGVM aspicimus de parte sinistra Mox latum a nautis uecti transmittimus Albim. Perg ERTLEMBYRGI lutum super axe profecti NEZAM amnem anguillis celebrem superamus, ad ip= Neza su L v R S H v S I sedem, Lunæq; redimus ad urbem. Pergentesq; uia porre non prorsus eadem

Tramund opp. ad Trauenæ ostium.

Möllenur opp.

Leob. ar cum opp.

Ertlemb.

(Jam Lurbu.ar

Qua



Quia prius ibamus, multas longo ordine uillas Acq; Gygantæos tumulos excedimus, bic nam Multos aspicias tumulos, quis fama subesse Corpora fæuorum memorat monstrosa Gygantum. Sicuallem ad folis cum fole cadente redimus. Hic totum rursus triduum consumimus, or per Tractamur laute, quarta sed luce suborta Grato animo oftenfo, or dicta acceptag; falute, Atg; uale dicto, dulces linquuntur amici. Luce illa sed FV CHSFELDVM perreximus us Nomen tale dedit campus Vulplenius illi rolfsbur= Fuchsfeldo egreffi V v o L F S B V R G V M pergimus, bicq Attigimus multas, multas quoq; uidimus arces, rum arx. Donec Brunonis uicum peruenimus u/95, Hæc olim uicus, nunc ampla er nobilis urbs eft, Quintupliciq; regit ciues distincta senatu, Bello er pace potens, uario munimine firma. Occ A R enim duplici circumfluit agmine muros Vallo interposito, tormenta bæc urbs quoq; tanta Bellica habet, quanta haud alia perspeximus urbe. Vidimus bic porro monumentum insigne leonis Heinricus Leo quem fouit, dum uita manebat, Pugnantem & contra serpentes ense redemit. Ille suus postquam princeps decesserat, ultra baud Viuere sustinuit, dominum est sed morte secutus, olfsbut= Et statua est testis templo coniuncta, sepultus arx cum In quo Dux inter produos multofq; nepotes Ipfe iacet. dicta postquam discessimus urbe V v o L F S B V T L v M a dextra aspicimus, sed parte sinis Desertu AschbyrGym superalto monte locatu (Itra Mox



uchsfel=

um opp.

runsui=

raurbs.

occar

uuius.

Schbur=

um arx.

Mox laua Horn Bur Gum monstrat, dein uenimus Hornbur-HESSENYM, sedem princeps ubi Iulius aulæ (arcem gum arx. Brunsuicensis habet. Thershemum hinc radimus, & mox Hessenum Molmocum aspicimus, tandemq; Holtheimius amnis arx cu op. Exuperatur, & ingredimur tua mænia templis Thershes HALBERSTADA potens, quis uisis atq; reuisis mum op. Lustratag; urna Friderici Præsulis, arte Molmocu. Quæ multa ornata est, ornata toreumate multo, Holthemi= Inspectog; tuo tumulo, tumbag; Ioannes us fluuius. Teutonice, ex ueteri curru discessimus urbe. Halberstas Bt V v E G. E L E B I V M peruecti Aschersle BIVMQVE daurbs. ALSLEBIVMQVE & Conncriu præpingue metallis, Vegelebis QUEDLEVEGOQUE manum ad dextram uifo, & Tres um op. Hinc etiam plantis Petrino monte celebri (benito Aschersles Et GIBICHESTEIN o Sismundi præsulis arce bium op. Tandem ad Saxonicas peruenimus usq; Salinas Alslebium, Saxonica qua sunt er origo er terminus ora. Conerin op Hinc quoq; digressi, er uecti bene nota per arua Quedelbur SCEVDICIYM ferimur, sed er hoc post terga relicto gum op. Tandem iter emensi portas & tecta subimus Trebeni= LIPSIA clara tuas, nostrasq; redimus ad artes, tum arx. Atq; Deo grates canimus laudesq; benigno: Mons D. Confectis centum atq; decem miliaribus, unoq; Petri. Idemq; est factus scribendi er finis eundi, Gibicheft. einum arx.

FINIS.



Halæurbs, Sceudiciñ op. Lipsiaurbs

